

notarius et subscripti testes liciterati de eadem terra ad hoc specialiter vocati et rogati presenti scripto puplico notum facimus et testamur atque fatemur Capitulum Maioris Ecclesie Baroli ostendisse nobis quasdam licteras Excellentie domini nostri Robberti comitis acrebatensis Regni Sicilie Baiuli transmissas dohaneriis et fundicariis Baroli presentis anni secunde Indictionis quas vidimus sigillatas sigillo pendenti dicti domini Comitis non abolitas non abrasas non cancellatas omni vitio et suspicione carentes et legimus eas quarum licterarum continentia per omnia talis erat Robbertus comes acrebatensis una cum reverendo domino patre domino Gerardo Sabinensi Episcopo. apostolice Sedis legato Baiulus Regni Sicilie per Sanctam Romanam Ecclesiam constitutus dohaneriis et fundicariis Baroli anni presentis secunde Indictionis devotis suis salutem et dilectionem sinceram pro parte Capituli Maioris Ecclesie Baroli tamen devotorum nostrorum fuit nobis humiliter supplicatum quod cum tam ipsi quam predecessores eorum et Catholicorum Regum Sicilie temporibus usque ad hec tempora quartam partem decime veterum Iurium Curie in dohana Baroli tarenos auri quindecim ponderis generalis veteris Buccharie eiusdem terre et liberas (*sic*) de cera sexaginta. pro cereo pascali emendas. de proventibus Curie eiusdem dohane annis singulis pro parte dicte Ecclesie consueverunt percipere habere exhiberi sibi predictam quartam partem decime. tarenos auri quactuordecim et libras cere sexaginta pro anno presenti secunde Indictionis pro quo ut asserunt nondum receperunt easdem benignius mandaremus quarum supplicationibus Inclinati. devotioni vestre mandamus. quatinus si necessarium fuerit quod tam ipsi quam predecessores eorum. a. predictorum Regum Sicilie temporibus usque ad hec tempora huiusmodi quartam partem decime tarenorum auri quindecim et ceram annis singulis, consueverint percipere et habere dictam quartam partem decime et tarenos quindecim. de pecunia officii